& amantes ſeipſos, ſic etiam erga rempublicam nihil vetat ita ſe habere quoſdam. Simpliciter autem quæcunque in legibus prodeſſe diximus, cuncta illam rempublicam ſeruant. Et quod ſæpe iam diximus, maximum fundamētum eſt, cuſtodire vt potentior ſit ea pars, quæ rempublicam ſaluam eſſe velit, quàm illa quæ nolit. Præter hæc autem omnia, latere non oportet, quod modo latet eas reſpublicas, quæ tranſgrediuntur medium. Multa enim quæ popularia videntur, popularem ſtatum diſſoluunt: multa etiam quæ paucorum eſſe videntur, diſſoluunt paucorum gubernationem. qui verò exiſtimant hanc eſſe vnam virtutem, trahunt ad exceſſum, ignorantes quòd quemadmodum naſus excedit rectitudinem laudabilem ad aquilinum eſſe vel ſimum, ſed tamen adhuc pulchritudinem ac gratiam retinet. at ſi quis magis trahat ad exceſſum, primo quidem abiicit congruentem mēſuram partis. tandem verò ita diſponitur, vt non naſus appareat propter exceſſum ac defectum contrarium, eodem modo & de aliis partibus. Contingit autem hoc & circa alias gubernationes. nam paucorum quidem potentiam, & popularem ſufficienter ſe habere contingit, & ſi tranſgrediantur ab optimo ſtatu. quòd ſi quis intendat magis vtranque earum, deteriorem primum faciet rempublicam, tandem verò neque rempublicam eſſe. Quapropter non ignorari oportet à legis conditore ac ciuili homine, qualia popularia ſeruent populi ſtatum, & qualia paucorū apparentia euertant paucorū gubernationem. neutra enim iſtarum videtur ſtare poſſe abſque opulentia & multitudine. ſed quando adæquatio fiat facultatum, aliam neceſſe eſt eſſe rempublicam. itaque diſſoluētes leges, quę ſunt circa exceſſum, diſſoluunt reſpublicas. Aberrant verò & in populari ſtatu, & in paucorum gubernatione. In populari quidem ductores populi, vt multitudinem dominam legum efficiant. ob id enim faciunt ſemper ciuitatem opulentis repugnantē. at oportebat contrariū videri ſemper dicere pro opulentis. In paucorum verò gubernatione pro populo, eos qui rempublicā gubernant. & contra iurare quàm nunc iurent paucos gubernantes. in quibuſdam enim ciuitatibus nunc iurant, Populum odio habebo, & conſilio annitar vt

A φιλοῦντες αὐτοὺς, οὕτω καὶ πρὸς τὸ κοινὸν οὐθὲν κωλύει ἔχειν ἐνίους. ἁπλῶς δὲ, ὅσα ἐν τοῖς νόμοις, ὡς συμφέροντα λέγομεν ταῖς πολιτείαις, ἅπαντα ταῦτα σώζει τὰς πολιτείας. καὶ τὸ πολλάκις εἰρημένον μέγιστον στοιχεῖον, τὸ τηρεῖν ὅπως κρεῖττον ἔσται τὸ βουλόμενον τὴν πολιτείαν πλῆθος, τοῦ μὴ βουλομένου. παρὰ πάντα δὲ ταῦτα δεῖ μὴ λανθάνειν, ὃ νῦν λανθάνει τὰς παρεκ- B βεβηκυίας πολιτείας, τὸ μέσον· πολλὰ γὰρ τῶν δοκούντων δημοτικῶν λύει τὰς δημοκρατίας· καὶ τῶν ὀλιγαρχικῶν, τὰς ὀλιγαρχίας· οἱ δὲ οἰόμενοι ταύτην εἶναι μίαν ἀρετὴν, ἕλκουσιν εἰς τὴν ὑπερβολὴν· ἀγνοοῦντες ὅτι καθάπερ ῥὶς ἔστι παρεκβεβηκυῖα μὲν τὴν εὐθύτητα τὴν καλλίστην, πρὸς τὸ γρυπὸν, ἢ τὸ σιμὸν, ἀλλ' ὅμως ἔτι καλὴ C καὶ χάριν ἔχουσα πρὸς τὴν ὄψιν. οὐ μὴν ἀλλ' ἐὰν ἐπιτείνῃ τις ἔτι μᾶλλον εἰς τὴν ὑπερβολὴν, πρῶτον μὲν ἀποβαλεῖ τὴν μετριότητα τοῦ μορίου· τέλος δὲ οὕτως, ὥστε μηδὲ ῥῖνα ποιήσει φαίνεσθαι, διὰ τὴν ὑπεροχὴν καὶ τὴν ἔλλειψιν τῶν ἐναντίων. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἔχει καὶ περὶ τῶν ἄλλων μορίων. συμβαίνει δὴ τοῦτο καὶ περὶ τὰς ἄλλας πολιτείας. καὶ γὰρ D ὀλιγαρχίαν καὶ δημοκρατίαν ἔστιν ὥστ' ἔχειν ἱκανῶς, καίπερ ἐξεστηκυίας τῆς βελτίστης τάξεως· ἐὰν δέ τις ἐπιτείνῃ μᾶλλον ἑκατέραν αὐτῶν, πρῶτον μὲν χείρω ποιήσει τὴν πολιτείαν· τέλος δὲ, οὐδὲ πολιτείαν. διὸ δεῖ τοῦτο μὴ ἀγνοεῖν τὸν νομοθέτην καὶ τὸν πολιτικὸν, ποῖα σώζει τῶν δημοτικῶν, καὶ ποῖα φθείρει τὴν δημοκρατίαν, καὶ ποῖα τῶν ὀλιγαρχικῶν τὴν ὀλιγαρχίαν. οὐδετέραν μὲν γὰρ E ἐνδέχεται αὐτῶν εἶναι καὶ διαμένειν ἄνευ τῶν εὐπόρων καὶ τοῦ πλήθους· ἀλλ' ὅταν ὁμαλότης γένηται τῆς οὐσίας, ἄλλην ἀνάγκη εἶναι ταύτην τὴν πολιτείαν. ὥστε φθείροντες τοῖς καθ' ὑπεροχὴν νόμοις, φθείρουσι τὰς πολιτείας. ἁμαρτάνουσι δὲ καὶ ἐν ταῖς δημοκρατίαις, καὶ ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις· ἐν μὲν ταῖς δημοκρατίαις, οἱ δημαγωγοὶ, ὅπου τὸ πλῆθος κύριον τῶν νόμων· δύο γὰρ ποιοῦσιν ἀεὶ F τὴν πόλιν, μαχόμενοι τοῖς εὐπόροις· δεῖ δὲ τοὐναντίον, ἀεὶ δοκεῖν λέγειν ὑπὲρ εὐπόρων· ἐν δὲ ταῖς ὀλιγαρχίαις ὑπὲρ τοῦ δήμου τοὺς ὀλιγαρχικούς, καὶ τοὺς ὅρκους ἐναντίους ἢ νῦν ὀμνύναι τοὺς ὀλιγαρχικούς. νῦν μὲν γὰρ ἐν ἐνίαις ὀμνύουσι, Καὶ τῷ δήμῳ κακόνους ἔσομαι, καὶ βουλεύσω ὅτι ἂν ἔχω κακόν. χρὴ δὲ καὶ

ὑπολαμ-